

Gerson Bucery adhuc manet Firifae in Zelandia. Leonardus
integrum biennium vacavit a concionibus ob valetudinem. hunc
pedem in Hollandiam intulit, melius habuit. Remonstrantes ab
obitu Principis b. m. plasculum ausi sunt. Varia proponun-
tur via reconciliationis, adeoque nuper in ultrajectina provin-
cia Minister quidam consilium suum super ea re divulgavit
ac Principi et Ordinibus obtulit. Eum hoc nomine periclitari
de manere suo audio. Alii exoriuntur in Zelandia, qui
post synodum habitam nihil in melius mutatum esse quiri-
tantur. De doctrina stabilicnda anxie admodum fuisse
cogitatum et rigide satis cum aliter sentientibus actum
at in profanos et dissolutos mores huc usque nihil tentatum
nihil prodesse, doctrinam constabiliuisse, nisi id simul
agatur, ut doctrinam illam pia vita confirmemus, non
aliud esse fortius contra Remonstrantes argumentum
quam pietas. Hoc illis semper clamasse, nostram doctrinam
pietate remittiginem injicere; inter alia vero vade, urgent
magis religiosam dies dominici observationem. Tantum
autem nostris hominibus a Pontificis, quibus adeo Remonstran-
tibus est, ut in superiori synodo Hollandiae anxie delibe-
ratum sit, quid statuendum esset adversus auctorem mo-
derationis, adversus saltatorios, ut vocant, et querularum
istarum auctores. De studio linguarum decretum ejusmodi
quale a Frisii factum est, nec posse nec debere fieri
solidem verbis synodi ultrajectinae decrevit. Interim
nihil in cathedris auditur praeter disputationes de prede-
stinatione et annexis. Noster Macovic hoc anno bis
ex professo proponere ausus fuit hanc thesin, Homines
regentium non posse plus boni, quam faciunt. Eius haec tandem
evasura sint, tu Reverende et pie liter, melius iudicabis.
In talia incidimus tempora, ut beatos eos esse existimemus,
qui illum aeterna felicitatis portum attingere. Utinam
tuam Rev. aliquando docentem in hac Academia audiret
juventus nostra! Primarius Academiae curatoribus ita places
et notus es, ut palam profiteantur, te illum esse, qui non
solum Theologica studia sed et universam synodalia
posses in Academia nostra restaurare. Sur tamen
non procedat vocatio, facile vel sine me intelliges. . . .
quo in . . . tam preclare meritus es, non eam
tibi rependit gratiam, quam debebat. Non tamen . . .


Hellingii

Altingii obtinendi spes decollavit, non induci potuerunt su-
 ratores, ut de alio ordine monerent. Cedito me folium
 recitare Sibilla, pleriq; nostrorum ordinum paucorum
 Zelotarum tyrannide premuntur. Vellent plura, nisi
 Tabellarij urgeret. Vale clarissime vir et ignosce libertat.
 mea. Proxima occasione prolixius tecum confabulabor
 de operis mei instituto. Versor enim in Anti-barbaris.
 Deus O. M. Tuam Rev. diu servet incolumem Ecclesiam
 et gymnasii bono. XV. Augusti. 1626.

Rogabat T. R. de Masora marginali. Tua Rev. Observantiss.
 ad Ruth. 2. 20. qua editione T. R. ussit, S. Amama.
 nescio. in editione mea veneta anni 1548.
 invenio מִן־הַיַּיִן בִּי .i. bis occurrit,
 מִן־הַיַּיִן בִּי hoc vide loco, et item altero,
 quem innunt hac voce מִן־הַיַּיִן. Exat autem
 Gen. 24. 19. מִן־הַיַּיִן בִּי מִן־הַיַּיִן בִּי Editio tua
 videtur vitare in mendo. Epistolam tuam non
 possum jam invenire, memini tamen
 vocem מִן־הַיַּיִן a Tua Rev. non fuisse exhibitam
 atq; inde difficultas. C. D. Amestij Academia nostra
 nunc Rector T. R. officiose salutat.

[Faint, illegible handwriting, likely bleed-through from the reverse side of the page.]

Handwritten text on the left edge of the page, likely bleed-through from the reverse side.



[Faint, illegible handwriting in a cursive script, likely a historical document or manuscript.]

